



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri
apostatæ super actis Ratisponæ**

Eck, Johannes

Ingolstadii, 1543

VD16 E 416

Bucer perpetuo mentitur & aperte malus est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30106

II. PARS BUCERI

Exeucullatus monachus, quicquid audet cogitare, audet facere. Multa bona pollicetur Bucer de conciliabulo suo, ac si de cœtu malignatum quicquam boni sperandum sit. Odio habet deus impium & impietas suas: nam cauere satanam nō possunt, qui se totos illi dederunt, Christo sposo ac sponsa eius ecclesia relictis, & sede apostolica, hoc est, præpositis ecclesiæ contemptis.

Perpetuo
mentitur
Bucer.

¶ Pollicetur ordine se velle percurrere articulos in Ratiſponeñ, colloquio & conciliatos & non conciliatos, & in quibus vere consensum sit, & in quibus secus, & qua ratione de his consensus statui queat. Audiamus quām integrè hoc faciat, quia cum de omnibus se acturum promisescit, dūtaxat agit de tribus. Maiusculos omnes, qui destruit ecclesiam, omisit: adeo miserū est hoc genus hominum à Romana ecclesia apostatantium, ut perpetuo mentiantur. Vnde non dubito, si mihi responderit, eum aceruos mendaciorum ficturum.

SECUNDA PARS FARA raginis Bucerice.

Art. I. de conditione hominis ante lapsum.

Articuli.
Fol. 33

DE hoc articulo nihil controuersum fuit, ait Bucer, sed additum quare merito Eckius suam calumniam inter nos compotores continuisset. Hic videmus nostrum pium, Aperta ma solum gloriam dei, tanto zelo concordiam in fide quæren licia Bucc ri. Et quæ est illa calumnia Eckij, quia scripsit: Articulus Responde iste nunquam fuit inter catholicos & diuersarios controv si potes. uersus: Idem dicit Bucer, quod Eckius, sed Eckij calumnia est Buceribenedictio. Quis non videat excoecatum odium apostatae: Neque hoc mendacio est contentus, sed falso ho norem

norem meū denigrat. Inter cōpotores suos ait, qui tam fos
brie ac frugaliter domiuam, & frugalius, quām ipse cum
sua lupa. Quis me vidi compoculatorē, etiam si alacrior
sim cum amicis & hospitib⁹. Tot labores lectionum in
scholis, declamationum in populis, tot librorum à me &
manu mea editorum, sobrietatem magis testantur. At re-
spexit forsitan patriarcham suum Lutherum, oīnopho-
rum profunde pocula, etiam ad æquales haustus exicca-
tem, non tamen id eivitio vertam, si solum facit pro more
gentis suæ. Fidem ergo glorioſissimo Imp. datam recte ser-
uauit, qui articulum illum non taxarim.

ART. SECUNDVS DE libero arbitrio.

PUgnatū ait supra ea re Bucer, forte in somno loqui-
tur. Nihil fuit super ea re pugnatum, vt ex actis Me-
lanchthonis, & Buceril quiet, & nostra Apologia. Petierūt
duntaxat additiunculam, quæ non grauatim fuit eis per-
missa, vt in margine omnium quiet. Et ego in Apologia
articulum reliqui inconuulsum tantummodo declaratio-
nem minus sanam restitui. At quid pupugerit Bucerū, non
potest dissimulare. Dixi illos iam melius sentire, quā olim
senserint, quando Luther & Carlstadius negauerunt peni-
tus lib. arbitr. & q̄ res esset de solo titulo, & quod haberet
Error de
libero ar-
reouatus
per Luthe-
ranos.
se pure passiue ad opus bonum, in quo nihil omnino ope-
raretur, & nullam prorsus haberet actiuitatem, vt in dispu-
tatione Lipsica efficacissimis autoritatibus & rationibus
contrarium euicimus. Pudet Bucerum Lutheranæ & Carl-
stadianæ sententiæ, ideo mendacissime negat vñquam à fu-
si negatum lib. arb. nec rubet, vtcunq; fortiter mentiatur.
Non legit assertiones Lutheri in articulis per bullam dam-
natis, vbi negat esse in potestate nostra, etiam operationes

H natus